



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 63. Jacobi I. Regis defensio adversus hasce querelas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Sæc. XVII.  
A. C. 1609.

## §. LXIII.

*Jacobi I. Regis defensio adversus  
hasce querelas.*

Paulopost Rex de hisce Senatorum *Rapin. l. c.*  
querelis, quas plebejos sermones ap- *Opera Ja-*  
pellitabat, edoctus, utriusque Curia *cob. Reg. 1*  
Parlamentarios seu Senatores die vige- *pag. 244.*  
sima prima Martii in Albulæ Palatio  
convenire iussit, quos ibi congregatos  
his verbis alloquebatur: *Scrupulus mul-*  
tos torsit de meo in duabus rebus consilio *Et*  
mente, in primis scire optant, an apud me  
statuerim, eandem perpetuo tenere regendi  
viam, quam juxta veterem Reipublicæ mo-  
rem, *Et* receptas regni leges inieram: an  
vero in animo habeam me ipsum his finibus  
non circumscribere, sed pro absoluta *Et* Re-  
gia potestate, quando visum erit eos transilire,  
dubitant deinde de jure Regni municipali,  
quod commune dicitur, cui me, nempe ibi  
natum, ubi aliud jus obtinebat, insensum  
credunt, *Et* ad jus civile introducendum,  
animum adjecisse, cui dubitationi ansam  
præbuit querela ad vos delata de Doctoris  
Covelli libro, quamquam meam de illo libro  
censuram jam ante per quæstorem, nunc præ-  
sentem, vobis notam fecerim; qui quicquid  
meo nomine locutus est, me mandante, dictante-  
que locutus est: quæ absque meo consilio ex  
se dixit, ea præstabo vera; nec enim com-  
Hist. Eccles. Tom. LIV. Dd mit-

Sæc. XVII. mittam, ut vir tam probus comperiat  
 A. C. 1609. mendacii, aut vestram expectationem  
 ludat.

Ceterum nihil est in terris, quod non sit  
 infra Monarchiæ fastigium; Reges enim ab  
 ipso Deo Deorum nomine honorantur, Deo  
 est creare & in nihilum redigere, potestatem  
 vitæ & mortis exercere, & anima cum  
 corpore Deo debetur, similis quoque est Re-  
 gum potestas, . . . . . quam legum con-  
 temptu, quam etiam Reges non impune fer-  
 rent, exercere non intendo; Reges enim,  
 qui tyrannidis aut perjurii notam fugiunt,  
 potestatem suam legum finibus libenter cir-  
 cumscribunt, & hanc firmam spero sanam  
 mihi superstitem fore, neminem vixisse Re-  
 gum, qui maluerit juxta leges regnare, non  
 patiar tamen disputandi materiam fieri po-  
 testatem meam. Perperam quoque jus An-  
 glicum sprevisse & juri Civili posthabuisse  
 videor: pauci sunt dies, fateor, cum in  
 conclavi meo inter prandendum meam de jure  
 Anglico libere dixi sententiam, quam, licet  
 ad vestras aures jam venerit, ipse tamen  
 mea voce repetam, non vilipendo jus An-  
 glicum, magni facio tamen jus civile: in  
 jure Anglico etiam non desunt responsa &  
 exempla inter se pugnantia. Pluribus hanc  
 in rem prolatis sermonem ad inferiori-  
 ris Curix Senatores, qui populum re-  
 præsentant, converso, Cavete, inquebat,  
 ne Curia inferior receptaculum fiat dissa-

mantium, & ejusmodi inter vos audiantur Sæc. XVII.  
 gravamina, quæ mera sunt adversus me, vel A. C. 1609.  
 posteros meos perduellionis crimina: Tria  
 ergo in harum querelarum materia vobis  
 censeo vitanda. I. Ne res peculiari jure ad  
 sceptrum spectantes attingatis: *Veteranus*  
 ego Rex sum, nunc officium meum discere  
 indecorum foret. II. Ne delibetis jura mihi  
 tradita a Decessoribus meis, quæque ego  
 more Majorum possideo, nollem a vobis an-  
 tiqua mea jura carpi, quasi indignus cen-  
 serer iis, quæ mihi a Majoribus meis re-  
 licta sunt. III. Ne de is queramini, quæ  
 certa aliqua lege sancita sunt: inhumani-  
 tatis est a Rege id peterere, quod ante scieba-  
 tis eum negaturum.

Ut vero Rex sibi nimium erga Ca-  
 tholicos favorem immerito fuisse ob-  
 jectum ostenderet, hæc addidit. Pa-  
 pistarum supercilia in solitam enormitatem  
 rursus excrevere, unde multis nata est su-  
 spicio, novum esse illis præ manibus stratage-  
 ma; mihi quidem compertum est, sanguine  
 & sævitia in Religione promovenda parum  
 profici; cum autem ipse circa fidelitatis ju-  
 ramentum litem illam a Pontifice intentatam  
 scribendo fecerim meam, & publicas Ba-  
 byloni inimicitias calamo indixerim; turpe  
 nobis jam foret ab actione discedere, aut  
 susceptam jam causam furtim deserere.

Quod ad illos pervicaces Pontificis as-  
 seclas, qui mitiore recusantium nomine ap-

Sæc. XVII. *pellantur, spectat, omnes ad unum sistantur ju-  
 A. C. 1609. dicio. Nimum hactenus hic convivistis, nimum  
 nobilium uxoribus & consanguineis & clien-  
 telis pepercistis; omnes sentiant vim legi-  
 meum erit pro re nata ignoscere, convivere  
 enim in delictis, eaque ne appareant, silen-  
 tio tegere, non est e Regis dignitate; nedum  
 ut ex hac stupiditate clementiæ laudem ali-  
 cubi mereri possit, confessa crimina aut ju-  
 dicio cognita ignoscere, hoc vero est cle-  
 mentia. Et res nunc postulat, Domini  
 Episcopi, ut ad vos me convertam, qui mihi  
 majorem in modum hortandi estis; ut per-  
 vicaces istos omnes ad unum coram vobis  
 sisti jubeatis. Major hic paulo a vobis cura  
 exigitur; quamquam enim eorum animos  
 luce veritatis imbuere divinae sit bonitatis,  
 verum tamen ne crescant, ne nobis insultent,  
 hoc vestrae est industria.*

*Et ut hac in re vobis ima promam pe-  
 ctoris mei sensu, subditos meos Pontificiæ  
 superstitioni addictos bifariam divido. Sunt,  
 quibus nulla unquam alia institutio accessit,  
 quemadmodum decrepiti illi, quos Maria  
 Reginae Sacerdotes vocatis, junioresque non-  
 nulli, quibus cetas tamen omnis in illius in-  
 scitiæ tenebris transacta est. Sunt, quos  
 a veritatis professione olim nobiscum com-  
 muni, vel indignatio, vel audacia, vel no-  
 vitatis studium abduxit: quibus hominibus  
 non est major religio novam Religionis fa-  
 ciam*

ciem amplecti, quam novellam recens adve- Sæc. XVII.  
 Æam Parisiis vestimenti formam. A. C. 1609.

Priorum me miseret, modo tamen paci  
 studeant, non odi: quin si ipse privatus es-  
 sem, ab eorum amicitia & societate non ab-  
 horrerem. Apostatas autem suæ sectæ per-  
 ditissimos osores non possum fateor non odif-  
 se. Neque a me plus unquam exspectent fa-  
 voris, quam ipsa mihi justitiæ lex injunxe-  
 rit, adversus hos leges severissime cuperem  
 exerceri, leges & vos sedulo in id incum-  
 bere ne lateant. Hisce aliquot annis quic-  
 quid patrimonii mei celabatur, certatim a  
 me multi petebant; liceat mihi vicissim unam  
 rem, quæ celari solet ab Episcopis & Judi-  
 cibus petere, ne celentur amplius Papistæ.

Hac oratione, cum Rex, nimis a-  
 perte testificaretur, quod supremam &  
 absolutam imperii auctoritatem sibi ven-  
 dicare meditaretur, hinc utriusque Cu-  
 riæ Senatores nil intentatum inausum-  
 que relinquere decreverant, ut sese Re-  
 gis consiliis opponerent, prout progressu  
 temporis factum videbimus.

§. LXIV.

*Jacobi Augusti Thuani Historia  
 Romæ affixa.*

Die nona Mensis Novembris hujus an- *Argentre*  
 ni Pater Ludovicus Ystella Va- *collekt. judic.*  
 lentinus Ordinis Fratrum Prædicatorum *tom. 3.*

D d 3

Ma-